

1199, agost, 8

*Pere Guerau de Vallmajor fa donació a Bernat de Bellmirall de drets sobre una casa que té per ell Adelaida d'Agaó a la cellera de Madremanya, i sobre un camp que havia tingut Ramon Gaufred i ara té Pere Gaufred, situat al terme de Madremanya, per 6 sous.*

ASD núm. 57, perg. orig., 130 x 145 mm.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Geralli de Ualle Maiori dono tibi Bernardo de Pulcromirali et tuis in perpetuum illud dominium quod accipio in illis domibus quas inhabitat per me Adalaydis de Agaone in cellaria de Matre1 Magna iuxta domibus Berengarii de ipsa Cellaria. Item dono tibi illum campum quem Raimundus Gaufredi tenebat per me quem modo tenet Petrus Gaufredi in parrochia Sancti Stephani de Matremagna, qui affrontat ab oriente in campo Berengarii Pagani et tui et in campo Petri Gaufredi, a meridie in campo Petri Iohannis Ferrarii et Berengarii Pagani, ab occidente similiter, a circio in carreria. Sicut de hiis .IIII. affrontatio:ibus predictus campus includitur, cum exitibus et ingressibus et cum pertinentiis et tenedonibus et cum omnibus aliis in eis habentibus eisque quocumque modo pertinentibus et sicut melius dici potest uel intelligi ad tuum intellectum et commodum, hec inquam omnia tibi et tuis perpetuo dono ad omnem tuam tuorumque uoluntatem omni tempore ibi et inde faciendam pro alodio sine retentu quero inde non facio, omnibus meis uocibus et racionibus et meorum inde penitus extinctis, et si talis (*sic*) iure in futurum huic contractui obuiam ire possemus, illi iuri omnino nos penitus renuntiamus. Et propter hoc donum accipio a te .VI. solidos barchinonenses. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc .VI. ydus augusti anno Domini .MCXCVIII.

Sig+num Petri Geralli, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Guilielmi de Sancto Iohanne. Sig+num Raimundi de Angles.

Arnallus clericus qui hoc scripsit die et anno (*s. man.*) quo supra. (*s. man.*) Ermegaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde, subscribo.

l. *Matre*, reiterat.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 156